

# **Lotus subbiflorus Lag. et L. castellanus Boiss. & Reut. : feliciter, binomina in consueto usu retienda**

Autor(en): **Laínz, Manuel**

Objekttyp: **Article**

Zeitschrift: **Candollea : journal international de botanique systématique =  
international journal of systematic botany**

Band (Jahr): **28 (1973)**

Heft 1

PDF erstellt am: **22.07.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-880157>

## **Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

## **Haftungsausschluss**

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

**Lotus subbiflorus Lag. et L. castellanus Boiss. & Reut.: feliciter, binomina in consueto usu retinenda**

MANUEL LAÍNZ, S. J.

RÉSUMÉ

L'échantillon d'herbier en provenance du sud de l'Espagne (Puerto de Santa María, Cádiz), d'après lequel Mme Heyn a mis le *Lotus castellanus* Boiss. & Reut. en synonymie, n'est pas le type du *L. subbiflorus* Lag. Le binôme *L. suaveolens* Pers. doit donc à nouveau être considéré comme synonyme du *L. subbiflorus* Lag.

SUMMARY

The herbarium sheet from southern Spain (Puerto de Santa María, Cádiz), on which Mrs. Heyn reduced *Lotus castellanus* Boiss. & Reut. to synonymy is not the type of *L. subbiflorus* Lag. The binomial *L. suaveolens* Pers. must once again be considered to be a synonym of *L. subbiflorus* Lag.

ZUSAMMENFASSUNG

Der Herbarbeleg aus Südspanien (Puerto de Santa María, Cádiz), nach dem Frau Heyn *Lotus castellanus* Boiss. & Reut. in die Synonymie stellte, ist nicht der Typus-Beleg von *L. subbiflorus* Lag. Der Name *L. suaveolens* Pers. ist somit wiederum als Synonym von *L. subbiflorus* Lag. anzusehen.

In pagella 524 tertii voluminis operis "Flora of Turkey and the East Aegean islands" (Davis 1970) domina Chaia C. Heyn binomen Lagascanum a nobis supra inscriptum respuebat, ut "nomen ambig." [sic], hisce appositis verbis: "The name *L. suaveolens* Pers. is provisionally applied here to the species wrongly known as *L. hispidus* Desf., a synonym of *L. parviflorus* Desf. The reason for adopting the name *L. suaveolens* will be explained in a separate study". Postea vero (Heyn 1970: 281), nulla quidem — technico sensu — ambiguitatis causa indicata, haec addebantur: "Type: "Lotus subbiflorus" Lag. sp. nov. pto. de Sta. Maria (Cadiz)" (M). (Seen photograph of the type specimen and of an additional specimen of Lagasca from the same locality.)"

Imprimis autem hoc notandum videtur, dominam Heyn non nisi pristinae descriptionis indicare locum (Lagasca 1805), in quo speciei patria certa minime tribuitur; praetermittere vero maximum opus clari auctoris (Lagasca 1816), ubi nonnulla inveniuntur, in pagella 23, magni certi momenti: "Pers. Enchir. bot. 2. p. 354" (scilicet, indicatio publicationis interim a Persoon factae, ubi de *L. subbifloro* dicitur: "Hab. in ins. Balearicis et in Boetia", quo iure nescio) et, post synonymon Broterianum, dubium, natalis attributio "Habitat prope Praviam oppidum, in Asturum Principatu, locis arenosis" – nec alibi!

Nos autem de typo ineluctabiliter accipiendo sermonem feceramus (Laínz 1961: 165) contributionemque indigitare in his ephemeridibus (Laínz 1969: 255) opportunum duxeramus. Quodsi aliquis illam pravianam plantam (MA 172170) holotypum habere renuerit, lectotypum saltem habendam opinamur. Qua de re amplius dicere supervacaneum videtur.

Docemur etiam a domina Heyn, privatas notitias usurpante, dominum P. W. Ball, cum de quaestione decideret (in Heywood 1968), Lagascana specimina piae oculis non habuisse. Reaperte autem, distributione geographica traditioneque ferme universali forsan adivantibus, ille vir, hoc in casu, recte censebat; quamvis non ita felix fuerit eius combinatio ternaria *L. subbiflorus* subsp. *castellanus* (Boiss. & Reut.) P. W. Ball, nullis argumentis suffulta statimque a Larsen & Žertová (1969) iuste abnuta.

Ut rem totam verbis paucis complectamur omnemque ambiguetatem ab scriptis dominae Heyn exortam prorsus tollamus, haec duo liqueant: *L. subbiflorus* Lag., syn. *L. suaveolens* Pers. (1807); *L. castellanus* Boiss. & Reut. – species minime asturica – syn. *L. subbiflorus* sensu Heyn, non Lag.

#### INDEX BIBLIOGRAPHICUS

- Davis, P. H. ed. (1970) *Flora of Turkey and the East Aegean islands*, vol. 3 (628 pp.). Edinburgh.  
 Heyn, C. C. (1970) Studies in Lotus. III. The *L. angustissimus* group. *Israel J. Bot.* 19: 271-292.  
 Heywood, V. H. ed. (1968) Notulae systematicae ad Floram Europaeam spectantes. *Feddes Repert.* 79: 1-68.  
 Lagasca, M. (1805) Caractéres diferenciales de once especies nuevas de plantas y de otras dos poco conocidas. *Varied. Cienc. Lit. Art.* 2 (4): 212-217, 368.  
 – (1816) *Genera et species plantarum, quae aut novae sunt, aut nondum recte cognoscuntur* (35 pp.). Madrid.  
 Laínz, M. (1961) Aportaciones al conocimiento de la flora cántabro-astur, V. *Bol. Inst. Estud. Asturianos* ser. C, 3: 147-186.  
 – (1969) In Floram Europaeam animadversiones. *Candollea* 24: 253-262.  
 Larsen, K. & A. Žertová (1969) A taxonomic study on *Lotus castellanus* Boiss. et Reut. *Feddes Repert.* 80: 305-314.